

8447 d. m. s. | memoriae Gargilioru[m] | Iuliae Roga[tae] coniugi, | uno animo | uno consilio semper | fruenta me[cum] annis | XL, v. a. LV, | o. e. b. q. || L. Gargiliu[s] | L. f. Q. Venato[r] | se vivo hunc | tumulum co[n]stituit et | at superos | remasit, ut | reliqua tempor[a] | fruatur bona.

Sigus (VIII 5798 vidit Wilmanns).

8448 d. m. | C. Geminius | Ionicus | Iuliae Caleni | coniugi pie | carissimae et | bono consilio, | de qua nil que[r]ror, cum qua vixi bene et integre, | et in re sua posita | est, b. m. et sibi et fili | fecerunt.

Florentiae, Romae sine dubio rep. (VI 19000 aliquoties descripta).

8449 d. m. | Mattiēnae | Myrallidis | Q. Comeatro¹ | Q. l. Exoratus | coniugi plus de se | meritaē quam titulo scribi potuit.

Sassinæ (XI 6566 vidit Bormann). — 1) Cf. XI 6557 (vidit Bormann): d. m. | Commeatro[n]iae Q. l. | Secundinae cel.

8450 d. m. s. | Urbanae coniugi dulcissime | et castissimae ac rarissimae, cuius praeclarus | nihil fuisse certus, hoc etiam titulo honorari | meruit, quae ita mecum cum summa iucunditate adque simplicitate in diem vitae suae | egit quam adfectioni coniugali tam | industria morum suorum. Haec ideo | adieci, ut legentes intellegant, quantum nos dilexerimus. Paternus b. m. f.

Romae (VI 29580 vidit Henzen).

8451 Graxiae Alexandriae | insignis exempli | ac pudicitiae, | quae etiam filios suos | propriis uberibus educavit. | Pudens Aug. lib. maritus | merenti, vix. ann. XXIII m. III d. XVI.

Romae (VI 19128 vidit de Rossi).

8452 d. m. s. | Antonia | Victoria | pia sobr. | frugi, v. | annis XLIII, | h. s. e. | C. Iul. Sa[turninus] | Sabinia[nus] con[iugi] raris[simae], omni | pietati n[on] | gravitate | morum, | fecundae | tecusae¹, | karissimae, et sibi | ad propa[gandam] | in aevum | memori[am] fecit. || C. Iulius | Saturni[nus] Sa[binianus] | pius, qui | ob singu[la]rem | amorem | nepotum | suorum | mortus | est, vir si[n]gularis | virtutis, | Sifti sepul[tus], v. an. | LXXVIII.

Madauræ Numidiae (VIII 4692 vidit Wilmanns). — 1) Idem vocabulum (τεκοῦσα) videtur etiam esse in t. Siccensi VIII 16125, in Salonitano III 8752.

8453 | qui vixi[t] an[nos] | plus minus XL, Ma[r]tina cara coniux, qu[e] | venit de Gallia per mansiones L, ut commemo[r]aret memoriam du[lcis]si mi mariti sui. | Bene quescas, dulcissime | mi marite.

S. Floriano inter Feltriam et Vicetiam, est Vicetiae (V 2408 cf. p. 1069 vidit Mommsen praeter paucas litteras nunc deperditas).